nequitiam lectioni eorum umquam
operam dedi. Nec operam dedi horum
exemplariorum apud nos copia est
pro tenuitate loquiorum tuorum libros
et quorundam commentariolos in psal
mos, quos si vellem discutere, non di
cam a me qui nihil sum, sed a veterum
grecorum doctorum interpretationibus
discrepare. Vale mi amice caris
sime, aetate fili, dignitate parens
et hoc a me rogatus observa, ut quid
quid mihi scripseris ad me primum
faciat pervenire. XXIII.

ITEM SCI AGUSTINI AD
BEATUM HIERONIMUM

DNO DILECTISSIMO
et cultu sincerissimo caritatis
observando adque amplectendo fratri
et conpresbitero hieronimo agustinus.
Habeo gratiam quod pro subscripta
salutatione plenam mihi epistolam
reddidisti, sed breviorem multum quam
ex te vellem summere tali viro, a quo
tempora quantalibet occupet nul
lus sermo prolixus est. Quamquam
itaque nos negotiorum alienorum
eorumque secularium curis circum
stent ingentibus, tamen epistolae tuae
brevitatem facile non ignoscerem, nisi
cogitarem quam paucioribus verbis meis
redderetur. Quare adgredere quaeso
istam nobiscum litterariam conlationem
habere, ne multum ad nos disiungendos
liceat absentia corporali, quamquam simus
in domino spiritus unitate coniuncti, etiam
si a stilo quiescamus et taceamus. Et
libri quidem quos de horreo dominico
elaboras, paene totum nobis te exhi
bent. Si enim propterea te non novimus quia
faciem corporis tui non vidimus, hoc
modo nec ipse te nosti. Nam tu quoque
non vides eam. Si autem tibi non ob aliud
notus es, nisi quia nosti animum tuum,
et nos eum non mediocriter novimus
in litteris tuis, in quibus benedicimus
dominum, quod ta tibi et nobis omnibus, qui fra
tribus qui tua legunt, talem te de
dit. Liber quidam tuus inter cete
ra non diu est quod venit in manus
nostras, qui sit eius inscriptionem ne
scimus adhuc. Non enim hoc codex ip
se ut adsolet in liminari pagina
praetendebat. Epytaphium tamen
appellari dicebat frater apud
quem inventus est, quod ei nomen
placuisse tibi videretur, crederem
si eorum tantum vel vitas vel
scripta ibi legeremus qui iam de
functi essent. Cum vero multorum
et eo tempore quo scribebatur et
nunc viventium ibi commemo
rentur opuscula, miramur.
Cur non ita titulum inposueris, inposuisse
te

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0184